in uentriculis cordis infectorum, mala qualitate venenosa ex corrupcione aeris ut plurimum inducta a superioribus effectiue, ab inferioribus materialiter. Aer sic corruptus attrahitur a pulsione [?] inspiracione et tunc ipse corrumpit spiritus vitales in corde vnde aeris [?] humiditas circumdans spiritum corrumpitur et putrefit et per consequens putrefaccio in toto corpore generatur, post ipsam autem putrefaccionem comunicatur [?] pestilencia seu febris pestilencialis. Et licet elementa in se non putrefiant quia simplicia [?] tamen racione uaporum corruptorum admixtorum corrumpuntur et alterantur; alterantur etiam aliquando alteracione occulta, que facit accidere putredines in istis inferioribus et tales cause non equaliter inferunt omnibus habitantibus in loco pestilenciali, quia omnes homines non sunt equaliter dispositi vt wult doctus Auicenna prima quarti capitulo febri pestilenciali. Similiter aer non putrefit per se nisi propter commixtionem vaporum, a terra et ab aqua eleuatorum uel ab aliis corporibus. Sic nec aqua putrefit nisi propter admixtionem alicuius substancie terree. ¶ Dico quod causa pestilencie aeris in genere duobus modis esse dinoscitur secundum egregium Galienum et sacrosanctum [?] Yppo⟨cratem⟩ libro epidimiarum qui intitulatur liber pestilencie: quedam enim est particularis et propinqua, de qua causa quidam medicorum; Galienus libro primo de differencijs febrium item quarto de febri pestilenciali sic inquit: Principium autem putredinis seu pestilencie uel est multitudo cadauerum non conbustorum aut non sepultorum ut in prelijs consuetum est contingere, aut ex aqua uel stagnarum uaporibus in quibus infusa fuerunt linum et canapum et similia et ista causa non consideratur in presenti pestilencia, quomodo infeccio aeris a causa particulari non esset tam vniuersalis et successiue se transferens de regione in regionem et a prouincia in prouinciam, de vno loco determinato ad alium locum determinatum sicut est infeccio presentis temporis per successionem comunicata quasi toto humano generi. ¶ Secunda, causa vniversalis et remota est dispositio eueniens ex formis celi siue ymaginibus facientibus esse necessarium illud cuius euentus a medico ignoratur, que disposiciones faciun tputrescere aquam et aerem faciunt putrescere in visceribus terre et hec maxime contigunt eclipsibus solis et lune et coniuncione planetarum, maxime saturni et martis cum stellis fixis aut aduncione [?] ipsorum in aliquo signo determinato; hec consiliator in consilio suo differencia 39a. ¶ Sed secundum astrologorum optimorum et medicorum illustrium et secundum sentenciam doctissimorum Yppocratis, Galieni ut Auicenne est diuersa anni constitutio uel annorum, dependens ex diuersa et determinata coniunccione planetarum, in suis circulis habencium influenciam corruptiuam in istis inferioribus corporibus et specialiter super corpus humanum, vnde tempora non seruant necessitatam suam Yppocr. Mantas [?] temporum maxime generant Morbos et in libro epidimiarum &c.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

¶ Sic ergo concludendo dico saluo semper iudicio meliorum, quod si illa causa habet causam materialem his non est aliud loquenda de causa secunda et inmediata quoniam uapores et exalaciones terrestres et uapores [Bl. 172ᵛ] aquei putridi putredinj attingente substanciam rei quae acquisiuit qualitatem venenosam permixti cum aere in aere infecto causata ex diuersa et determinata coniunccione planetarum, in suis circulis secundum quarundam aristrologorem [?] suam, ut est coniuncio martis cum saturno, ut prius dixi in signo determinato circuli zodiaci, vnde terra infirmatur, aqua corrumpitur, aer inficitur et humores qui in corporibus dominantur putrescibile corrumpuntur. Hec causa non tantum principaliter consideratur a medico sed ab astrologo, cuius est scire cursum planetarum et coniuncciones eorum in circulis et diuersas constellaciones inprimentes diuersos effectus in istis corporibus inferioribus. Medico autem pertinet solum cognoscere causam secundam et immediatam scilicet aeris mutacionem vnde corpus nostrum juuatur, quoniam causam sufficientem [?] cognoscit ex effectu et hoc sufficit medico in dando remedia oportuna. Ex hoc infero corrolarium quia temporibus retroactis precesserunt multe et magne euaporaciones in aere vt nebule, pluuie et diuerse mutaciones temporum, iam in caliditate et frigiditate et huminitate ut patuit considerantibus non solum in terris vallosis sed eciam in terris siccis et montuosis, propter quod colera augmentata est in aliquibus corporibus propter inordinatum regimen, in quibus eciam mali et corrupti humores sunt generati.

¶ Dicto de primo nunc restat dicere de secundo scilicet ad consilium explicandum et sciendj prouidenciam huius de presenti. ¶ Videmus autem nunc triplici modo homines deficere, primo per viam alteracionis a materia putrida venenosa immutante seu ledente membra principalia que sunt minere et fundamenta vite, vnde in quibusdam cerebrum, in quibusdam epar, et isti ut plurimum moriuntur signati singno pestilencie, vnde propter cordis lesionem in quibusdam apparet inflacio et glandule sub asellis, in quibusdam propter cerebrj lesionem apparet post aurem uel in partibus gule et in quibusdam propter epatis lesionem apparet in iguine et in quibus apparent carbunculi in aliquibus partibus corporis ex profundo humorum putrefaccione et adhustione, quam natura conatur expellere ad extra, vnde apparent ista signacula ¶ Secundo per viam suffocacionis causati a dominio humidj crudj aquosi putrefactibili. Et certe ut videmus eciam vidimus diu humiditates multas congregarj in nostris corporibus et specialiter in capite, ex quibus multa fiunt et facta sunt apostemata gule, squinancie et ex eis moriuntur. Eciam catarrj multi subito suffocantes, eciam sunt multe surditates, gravedines capitis, caligines oculorum, pigricie multe, paralises, appoplexie, epilencie, vnde multi moriuntur, multi subito suffocati uel ex catarris descendentibus in pectus, vnde super-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

uenit tussis, vene pectoris crepantur et exspuunt sanguinem cum sputo et moriuntur, et hoc est propter coagulacionem sanguinis cum membra principalia sunt; quanto plus de coagulato sanguine extra pellitur ad loca predicta, tanto maior opes de infirmi sanitate habitur. Et febres communiter euenientes veniunt cum tussi et descensu catarri ad pectus et in quibusdam humidum aquosum in flecmaticis subito fluit ad uentriculos cordis, suffocat et extinguit calidum naturale quod est in corde et moriuntur subitanea morte, non tamen aliquo signo exterius apparente quia nequaquam tam subito morerentur, si materia non esset propinqua cordi; plurimj tamen moriuntut lartium[?] quibus hominibus sanguis coagulatus est tam propinquus cordj, quod aliqui eodem die moriuntur aut in quarto, quibus autem remotus est a corde, moriuntur in septimo die, quidam undecimo, quidam quartodecimo. ¶ Tercio accidit a vermibus pessimis qui generantur ex humorum putrefaccione, vnde mordentes os stomachi quod est sensibilissimum aut ledentes alia loca nobilia, statim faciunt sincopisare et celeriter mortem inducunt tam propter dolorem tam propter fumos venenosos eleuatos ab eis, corrumpentes et suffocantes spiritus, nisi subito resistitur eis cum medicinis appropriatis interficientes [!] vermes et educentibus ad exteriora.

¶ Omnibus istis tribus modis resistitur, corpora humida exsiccando et sicca conseruando et superfluitates plene euacuando et opilaciones pororum aperire. Et iterum[?] si quis moderatis laboribus et vita decora utatur, omnino inpassibilis perseuerat, quia nec erit in eo dispositio pestilencie et hoc quantum ad actum preseruatiuum. ¶ Ista autem preuisio fiet duobus modus, primo per debitam [Bl. 173^{r}] regulacionem et dispensacionem sex rerum non naturalium, secundo per debitam approximacionem rerum medicinalium. ¶ Propter primum sciendum quod sunt sex res non naturales in quibus consistit tota vita et tota sanitas nostra, quando debite regulatur. Et sunt aer, cibus et potus, inanicio et replecio, sompnus et vigilia, motus et quies, accidencia anime, vt sciamus per istas res vitare que sunt vitanda, fugere fugienda et sumere sumenda. ¶ Est enim generalis regula: Omne quod est infirmo remedium est eciam ad hoc sano aut lapso preseruatiuum, qui ergo scit curare egritudinem scit preseruare ab ea. Dicam ergo magis in particulari modum preseruandi. ¶ Et primo de aere quia inter res non naturales conueniens est disserere, tum propter ipsum inter res predictas fore primum nos immutans, tum propter ipsum principium propinquum existere pestilenciarum inferendi primum et principale est, ut omnium oportunum et tutissimum est in principio pestis fugere locum seu aerem infectum, antequam homo inficiatur, quod tunc per cursum temporis ualde incautum est. Aer itaque appetendus qui bone substancie est, cui non administratur aliquod ex infirmis alias firmis nec ex uaporibus putridis ele-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

uatis a luto uel sterquiliniis uel a paludibus et vniversaliter a quibuscumque rebus fetentibus. Fiat ergo mutacio ad aerem, ubi nichil de predictis sit et ubi nouiter non fuerit pestilencia propter reliquias neque est cogitandum de cita reuersione. Item cauenda sunt loca, in quibus est aer corruptus et inclusus sint loca et habitacula infirmorum, in quibus iacent uel ambulent uel jacerunt nouiter. Ymo defunctis illis non minus debent habitacula non minus vitari aperiendo fenestras et januas et mouendo aerem eundem cum rebus latis ad exeundum, postea debet fierj ignis bonus in habitaculis talibus habens flammam et desuper debent poni species boni odoris et herbe que valent contra pestilenciam ut infra dicetur statim et debet, pauimentum purgari et perfundi cum aqua et aceto. Debent eciam stube et estuaria hyemalia purgarj, quia in istis est aer inclusus corruptus et calor dissolutus, similiter aliquando in lectis uel alijs iacuerunt infirmi, de quibus nemini [?] constat. ¶ Cauendum est ergo ante solis ortum mane et sero post eius occasum in libero aere morare, quia tunc cum relinquitur aer a solis radijs et uel calore ignis incirmie [?] inficitur et alteratur et alteratus corpora in eo permanencia vexat et conturbat. ¶ Illis ergo horis et specialiter de mane antequam homo egrediatur de domo debet fierj aeris rectificacio in tempore frigido cum igne eleuante flammam constructo cum lignis quercinis, vitis, juniperi, rore marino bene siccis et alijs lignis odoriferis. Deinde fiant fumigaciones supra istas carbones: ℞ ex mastice, thure, mirra, laudano, terpentina, sauina, aceto et similibus. Et in cameris habere herbarum copiam odoriferarum sicut sunt vtrumque pulegium, origanum, saluia, maiorana, betonica, scabiosa et sisimbrium et similes et maxime quando aer est nebulosus, necesse est bene disponere cum rebus predictis. ¶ In tempore autem calido estiuo rectificatur aer cum infrigidantibus et siccantibus uapores putridos permixtos cum aere et maxime habentibus aromaticitatem, quoniam ex odoriforis vigoratur multus spiritus, quare fiant suffumigaciones et incendia supra sanos et egros cum sandalis . . . . . ¶ In meridie uero et in horis magni estus aspergantur parietes domus uel camere aceto vinj odoriferj et aqua rosarum et sternantur semper folia et rami salicum . . . . super pavimatum . . . . et hoc fiet cum renouacione frequenti. Et si contingat fenestras aperire, aperiantur septentrionales. Nam aer septentrionalis et ventus . . . boreas opponitur pestilencie supposito quod putrefaccio non sit comunis, secunda primi nono Almansoris, sexto Colliget. ¶ Item nominare debetis remedium optimum locale: Infundatur spongia in aceto vini . . . frequenter teneatur ad nares . . . tempore autem frigido fiet pomum odoriferum ex laudano . . . pomum ambre . . . hec de rectificacione [Bl. 173^{v}]. Secunda res naturalis est cibus et potus: sit panis vnius dies . . . frumento . . . aut spelta . . . Potus sit vinum album . . . antiquum . . . aqua fontalis bene

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

cocta, quoniam decoccio reficit aquam ... aqua currens super mundo loco et lapidoso uel boni fontis ... mane de maluasia .,. iunenibus et colericis ... aqua ordei .... Potus autem quisque acetosus in parte est sanus. Carnes autem laudabiles ... facilis digestionis ... perdicum ... carnes castratorum non laudo ... abstineant a carnibus duris salis ... vitent aucas, anetas ... ¶ Notandum pro regula quod ad omnes cibos tam assatos quam elixos ... apponendum est acetum ... nisi singulare accidens prohibeat ut habentibus stricturas anhelitus ... uercula[!] ex leguminibus ut spelta ... de oleribus bleta ... casetam bonam ex recenti caseo ... panatam ... oua sorbilia ... Piscibus squamosis recentibus ... [Bl. 174^{r}] ... alleum uero et cepas... Ego uero credo quod tempore pluuioso ... consweti possunt uti ... Similiter porrum ... vitanda ..... ¶ Lac, caseus, butirum et omnia lactinia ... vitanda ... Item speciaLiter vitandi sunt fructus ... acetosa ... interdum ... nuces ... secure comedi possunt ...

¶ Tercia res ex predictis est inanicio et replecio ... vitare ... ¶ Quarta res ... est sompnus et vigilia ... ¶ Quinta res est motus et quies ... non attrahatur multus aer .... [Bl. 174^{v}] ... Sexta et ultima res ... accidencia anime ... cauendam est a coytu laborioso ... Si tamen ardor esset adeo magnus, utatur remediis contra hoc ... non valet uxorem ducere ... balnea comunia sunt vitanda ... pluralitas hominum fugienda ...

Tercio principaliter dico de regimine curatiuo, quod fit per debitam administracionem rerum medicinalium et potest fierj duobus modis, primo quid sanis sit faciendum, secundo de curis egrorum. De sanis dico, quod specialiter sit homo attentus, ut vie ac meatus euacuacionum tocius corporis sint bene aperti ad euacuandum superfluitates ... clistere ... suppositorio ... pillulis ... Similiter ... cum diureticis ... per nares et palatum ... per poros cutis cum fricacionibus ... de mane ... oportet eciam omnino prouidere de flebotomia ... Si est materia alia peccans ... mundificetur farmacia ... Item cauendum est, ne quis comedat aut bibat cum infirmis aut de vasis eorum aut induat uestes eorum aut in lectis iaceant ubi iacerunt, sed vasa lauentur prius et vestes suspendantur ad uentum siue ad solem et sub eis accendatur thus et mirra, laetus eiciatur uel plurimum lauetur, maxime autem fugiendum est ab infirmis maxime cum ultime infirmantur. Si autem apparet commorare aliquem, tunc utatur subscriptis medicaminibus et ad certum preseruatur ab omni peste. Et eorum sunt sex: primum medicamen est quidam syrupus solempnis de intencione auctorum origentalium[!], de quibus habita est experientia pluries in magna peste. Reddit enim corpus mundum et siccum a superfluitatibus, cor, cerebrum et epar confortando similiter et alia membra, de quo quis sumat semel in septimana. Dosis eius est ℥ i semis cum vino albo uel aqua calida uel ʒ ij in corpore forti. Soluit enim bis uel

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

ter, et sumatur in mane et dormiat postea per vnam uel ij horas [Bl. 175r] ℞ gariofilate . . . . . Alius syrupus magistri Johannis de Sancta Sophia ℞ aque buglosse ℥ vj . . . Item alius syr. ad idem ℞ succi acetositatis citri . . . Item syrupi acetosi de agresta . . . Item aliqui dant oxizacram . . . Bolus armenus . . . Item potest sumi omni mane acetum tepidum . . . pauperes uero sumant acetum . . . Secundum remedium est vsus pilularum famosarum secundum Auicennam . . . et dico quod iste pil. non solum administrantur propter solucionem earum sed propter prohibicionem putrefaccionis humorum et debent sumi ante cibum . . . prohibent ebuliciones humorum, ex qua fiunt antraces propter adhustionem earundem et carbunculi. Alius puluis preseruatiuus a pestilencia compositus Parisius a famosissimis doctoribus valens in omni forma ut pil. prescripte ℞ sandalorum . . . Item alie pil. Gentilis et mag. Johannis de Sancta Sophia contra pestes ℞ aloes . . . Laudes earum describit quidam solempnis doctor; dicit quod miraculose sunt in uirtutibus, preseruant hominem a pestilencia ita si aliquis habuerit vsus earum, non inficitur a peste et si aliquis infectus sumpserit IX uel XI liberabitur perfecte. Dentur sec. exigentiam corporis, valent enim plus quam alique res que posset invenirj. Dicit Auenzoar, non curas ex quibus conponantur, sunt enim [Bl. 175v] magna prouisione . . . Tercium remedium est tyriaca . . . ʒj in qualibet septimana . . . Loco eciam tyriace posset quis sumere metridatum . . . vel sic pro pauperibus ℞ nucum . . . et est tyriaca pauperum. Quartum remedium est quedam solempnis confeccio valens in pestilencia et contra aerem corruptum, quam quis accipiat omni septimana semel mane ante prandium desuper bibere haustum bonj vinj vel potest recipere omni die, confortat enim cor et letificat, multiplicat bonum sanguinem, clarificat spiritum et dissolucionem eius prohibet, cuius ℞ boli ar . . . Alia confeccio ad idem ℞ boli ar . . . . Item alia confeccio ad idem ℞ conserue rosarum . . . Pro pauperibus est coriandrum . . . Quintum remedium est quidam puluis pestil. [Bl. 176r] optimus uel tragea de qua posset vti in aurora ʒj semis cum modico vini aromatici, valet in predicta, cuius ℞ tormentille ʒi . . . Alius puluis de quo quilibet debet uti in maio cottidie uel tempore pestilenciali, quo timet se de apostemate uel febre et nunquam apostemabitur uel febrit ℞ scabiose, pimpinelle . . . Item alius puluis qui preseruat a veneno et ab aere venenoso ita quod vtens eo infici non potest propter venenum et est puluis expertus quem composuit magister Johannes Cesarij medicus regis Anglie ℞ pimpinelle . . . Inter omnia magis laudo smaragdum tritum ad pondus ʒj . . . . . Sextum remedium medicinale est contra vermes in corporibus in dispositis ad eas, quia consueuerunt in peste multiplicarj vermes in corporibus propter assumpcionem diuersorum fructuum, ex quibus generantur humores putridi et corrupti et per

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

consequens vermes et est ut sumatur medius sciatus boni vini bulliti cum ʒ i absinthij . . . Item decoccio corticum granatorum siccorum . . . Item alia decoccio in modum Julep ℞ radicum graminis . . . Item ℞ succi foliorum enule . . . Item valet genciana . . .

Septimum remedium et vltimum est medicina odorifera quarum tres laudo: prima est pomum odoriferum et delicatum pro magnatibus confortans cerebrum et cor cuius ℞ laudanj puri ʒ i s. . . . et fiat pomum in capsula perforata et portetur et continue odoretur.

Sed pauperes accipiant thus . . .

Secunda est puluis alius ℞ corticum citri . . . ligetur in sindone et odoretur. Tercia est spongia infusa in istis: Accipe de pulueribus immediate scriptis ʒ semis . . . in quo infundatur spongia et medicocriter exprimatur et in sindone involuatur et odoretur. Similiter, spongia intincta in aqua rosarum . . . Hec sufficiant pro conseruacione et preseruacione quarum vsum signis diligenter habuerit, omnino preseruabitur a peste si deus voluerit, cuius nomen sit benedictum, [Bl. 176ᵛ.]

In administracione autem horum medicaminum talis ordo seruetur: prima die sumatur syrupus prescriptus, secunda vero die sumantur pillule, tercia die sumatur tyriaca uel metridatum, quarta die sumatur confeccio, quinta die sumatur puluis, sexta die sumatur decoccio contra vermes et si non esset suspicio de vermibus posset dimittere illam quia non delectabilis est, videatur de signis, si appareant. Sexta [! wohl septima] die quiescat et portet secum odorifera in manu. Octava die resumat aliquod ex prescriptis magis gratum. Tamen dico quod non minus potest quolibet die uti de pillulis predictis de mane uel de sero duas uel tres horas ante comestionem demptis diebus quibus sumit tyriacam uel syrupum, cum alijs autem non est cura.

In actu autem curatiuo epidimie prius videamus de signis. Cum homo incipit tristarj et superuenit dolor capitis, sompnolencia, sudor corporis ac lassitudo membrorum cum angustia pectoris, interdum fluxus ventris, interdum constipacio eius, calor extraneus, stimulacio in locis apostematum, hoc est post aures et aliis emonctorijs. Istis sic superuenientibus nullatenus differatur cura, quia per hoc negliguntur et periclitantur quod impossibilis erit.

Cura ergo talis est, cum quis senserit se ipsum taliter molestatum et stante etate uel fortitudine corporis ad statim minuat sanguinem copiose, constante tamen virtute, de vena mediana eiusdem emonctorij; si fuerit signum sub asellis es si uirtus tollerare possit, iteretur post horam in alia mediana alterius brachii, habeatur tamen respectus super virtutem, ne debilitetur. Si autem penitus multum signum appareat, fiat de mediana. Si uero appareat signum sub asellis, tunc sis tantum circumspectus, an pocius conneuiat minucio mediane, basilice uel sal-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

uatelle eiusdem partis.[1]) Si uero glandula apparet in collo uel circa caput, minuatur ex eadem parte corporis vena capitis supra manum circa policem. Si autem in ingwine appareat, minuatur in pede sub talo eiusd emlateris. Non fiet flebotomia diuersiua, ne venenum trahatur ad interiora siue membra principalia, ad cor. Facta flebotomia, si infirmus non maxime febriet, detur tyriaca in quantitate fabe cum vino uel aceto calidis uel aqua rosarum, ut aliquibus melius uidetur, et ponat se ad sudandum et sic uirtus operabitur usque ad secundam diem, qua superueniente detur sibi lenis medicina laxatiua purgantem coleram ad quinque uel sex assellaciones secundum complexionem et fortitudinem nature, ut talis esset, ℞ florum boraginis . . . . Vel sic ℞ reubarbari electi . . .; posset autem diuersificarj hec medicina secundum diuersitatem humoris peccantis uel peccantium et uirtutem infirmi que et singula medico solicito et experto committantur vel sic secundum Gentilem R. pulpe cassiefistule . . . vel dentur sibi pilule pestilenciales vij uel nouem cum aceto tepido et tunc die tercio iterum detur tyriaca et iterum jaceat ad sudandum. Auic. tamen 3a quarti capitulo de althain dicit statim habere recursum ad epithimata et alia cardialia cum medicinis habentibus pulsum cordis et hoc fit a principio usque ad finem. Ideo alijs diebus dentur confortatiua prescripta in preseruacione. Si uero fuerint corpora debilia et corpora puerorum non flebotomari possent, tamen purgari cum pil. uel aliis appropriatis. Aliqui tamen suadent sanguisugas ponere super apostemata uel ventosas, deinde procedatur confortando etc. si huius corpora fuerunt jam infecta et apostemata per [Bl. 177r] diem uel dies cum carbunculis uel apostematibus. hec corpora non sunt flebotomanda propter duo, primo quia flebotomia agitat et mouet humores commiscendo maligna cum sano, secundo quia in processu corpora infecta sunt debilitata et flebotomia magis debilitat. Sed sumat potum uel Julep et alias medicinas superius dictas, dietentur etiam tales dieta non vino tenui licet egritudo sit acuta tamen propter continuam resolucionem et corrupcionem spirituum oportet continuo resumere, ideo alternatis vicibus cibentur resumptiuis, conditis cum acetosis ut aranciorum limonum, granatorum, citri, aceti vini aromatici, ex perdicibus, coturnicibus, auiculis contusis et assis, pullis, gallinis et prodijs [st. brodiis] gallinarum dicit Auerrosis [?] temperat complexionem hominis, ex quibus fiant pulmenta ex ordeo et pannaria. Potus sit vinum album aromaticum limphatum, et si febris esset valida, aqua ordei, vinum granatorum, vinum berberis, vinum ribes, valent eciam condimenta ex succis ribes et berberis. Gaudium si quouis modo posset

[1]) Am Rande steht von gleichzeitiger (gleicher?) Hand: „Noui quendam medicum, qui dedit in febri pestilenciali grana ij camphore dissolute in aqua rosarum, al. rectificant cum zingibere et zuccara candi camphoram.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

induci esset optimum. Venter teneatur apertus, sumpnus in principio omnino prohibeatur nisi ad refocillandum aliquantulum uirtutem, ideo non longus et profundus fiet, in processu longior; fricentur extrema et si posset deambulare bonum. Si autem infirmus non posset loqui, sed iacet quasi mortuus, aperiatur cephalica super vtramque manum et detur sibi medicina laxatiua fortis et teneat in ore tyriacam; hoc idem potest fieri cum jacet quasi dormiendo. Detur infirmo nichil aliud quam aqua ordei frigida copiose, non tantum propter sitim sed ad extingwendum febrem, si est ualida. Et prouideatur infirmo de linimentis refrigerantibus et alterantibus pectus, tympora, pubes, manus, cum oleo rosarum, viollarum uel nenufarino uel populeon et similibus, et potest fierj attractio apostematum per uentosas, si tendit ad exituram ponantur due in lateribus, non supra apostemata per distanciam trium digitorum et scarificetur locus et sanguis extrahatur. Et possibile est sic glandulam resolui et hominem liberarj. Multi violenter aperiunt apostemata ante maturacionem et effunditur sanguis infectus et dicunt per hoc infirmum sanari, licet hoc fortuitu contingat, tamen est incautum, quia posset sequi statim mors, quia si sanguis non est coagulatus, tunc potest adhuc prestare subsidium nature et si est coagulatus, tunc vix potest fluere, ideo infirmus propter dolorem debilitatus in vanum. Aliqui ponunt ruptoria citius attractiua ut galbanum dissolutum in aceto calido statim cum apparet alij ex fermento, sinapi et ficubus etc. Aliqui inungunt glandulam tyriaca in principio circumcirca per distanciam vnius digiti et dicuntur per hoc sanarj. Non tamen super glandulam ponatur, quoniam repercutteret materiam ad interiora. Apostema autem rubeum saluius est quam citrinum et citrinum saluius nigro, quoniam nigrum penitus est mortale. Similiter apostema, quod exit in sinistra parte corporis est magis suspectum, maxime si est sinistre brachio et concomitantur ei mala accidencia significat, quod materia venenosa est in uel propinqua cordi. Si autem infirmus non tenetur febre aliqua non est tantum periculum, quoniam per hoc significatur, quod non est tanta materia circa cor putrefacta, sed in loco distanti. Item aliqui in antracibus et carbunculis et glandulis faciunt eciam scalpellacionem super apostema, ubi corpora possunt sufferre et bene. Et apponunt tale emplastrum ℞ succi scabiose . . . Si uero essent corpora debilia uel puerorum, tunc sine scalpellacione applicetur vel fiet emplastrum ex ficubus et uuis passis masticatis et mixtis cum fermento et pauca ruta vel sic ℞ rute, feniculi . . . et superponatur et circumliniatur locus tyriace vel sic ℞ tyriace . . . et superponatur. De maturacione et mundificacione ac consolidacione apostematis sciunt periti cyrurgici. Hec nunc sufficiant de peste in nouembri 1481 Campis.

[Die gleiche Hand hat noch das Rezept eines Pflasters „in antrace" darunter gesetzt.]

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

Von den im Traktat genannten Autoren, ist weniger geläufig JOH. DE SANTA SOPHIA († 1389), auf den der Verfasser sich mehrfach beruft, bei dem sich auch die Eingeweidewürmer bei der Pest wiederfinden (vgl. Bd. VI des Archivs, S. 344—348). Völlig ungeläufig ist der Magister JOHANNES CAESARIJ, Leibarzt des englischen Königs (Zeile 310).

* *
*

Es mag hier auch auf des humanistischen St. Galler Arztes JOACHIM VADIANUS Pestbüchlein verwiesen sein, das aber in das 16. Jahrhundert schon gehört und 1519 meines Wissens zum ersten Male deutsch zu Basel bei HENRIC PETER in Druck kam, und später noch öfter aufgelegt wurde, z. B. 1546.

---

183. Des Luzerner Stadtarztes Doctor Johannes Hartmann „Praevisivum Regimen contra pestem".

In einer Papierhandschrift kleinen Formats, die mir zu Händen kam, traf ich auf den Blättern 111—132 auf allerlei Pestschriftwerk, alles von einer Hand aus der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts aufgezeichnet. An letzter Stelle in dieser Reihe (Bl. 124^r—132^r) ist ein Pestregiment eines Luzerner Stadtarztes JOHANNES HARTMANN aufgezeichnet ohne besondere Überschrift, das ich zunächst heraushebe. Im Explicit ist es benannt wie wir es im folgenden Abdruck überschreiben:

Regimen praevisivum a pestilentia.

Scribit Johannes oris aureati [Joh. Chrysostomus] in libro suo de appropriatis: sanat solus langwores deus et de frugalitatis solio produxit in largitate sua medicinam. Gloriosus et excelsus, auxiliari non desinens curandi doctrinam timentibus eum explicat. Dico igitur ait princeps Auicenna primo canone fen prima capitulo de complexionibus membrorum, quod deus cuique naturali et cuilibet membrorum donauit ex complexione quod magis meretur et quod eus actionibus et disposicionibus secundum possibilitatem melius existit et sequitur. Donauit autem homini complexionem temperaciorem quam in hoc mundo esse est possibile. Reuera tamen vniuersorum conditor hominem dignissimam naturalium creaturarum instituit, tamen racione intellectus perfectionis, qui ad ymaginem dei creatus est vt in genisi: et eritis sicut dij scientes bonum et malum cum racione corporum cum eiusdem primarum qualitatum temperacior existit mixcio ypsum eciam hominem medium eternorum et corrupti-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

lium spiritualium et materialium instituit. Anima nempe racionalis medium quidam quidam [!] tenet inter brutorum animas et celorum vt Auerroes [?] in de substancia orbis: omnia inquam homines racione facta sunt ut primo polliticorum: quare inquit philosophus palam est, quantum estimandum est plantas animalium genera esse et animalia hominum genera esse, manifestum est, ipsam medicinalem scienciam, hominis gracia fore inventam [Bl. 124^{v}]. Corpus nempe humanum medicine subicitur sciencie etc., vnde sicut sciencia in medio quodam demonstratiua existit, ut ex analeticis: a quo cum egressu fieret, minus sciencia percipietur. Similiter et moralis virtus vt ex secundo ethicorum: Est habitus electiuus in medietate existens et determinata racione et ut vtique sapiens determinabit, quam si egressa fuerit ad extremorum viciorum alterum declinabit, sic et ipsa optima sanitas in medio insticiali pondere quatuor primarum consistit qualitatum, in quo anima perfectissimas potest exercere operaciones, a quo si declinabit, sanitatis optime diffinicionem amittet. Hec autem sanitas optima invenitur in indiuiduo quod est in vltimo equalitatis ex specie que est in fine equalitatis et in etate, in qua augmentum ad suum pervenit finem vt princeps allegato loco capitulo de complexionibus. Cum igitur ex elementorum commixtione species diuerse generatorum fiant et eorum prime virtutes quatuor existant scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, necesse est complexiones in corporibus generatis et corruptis fiere [?] per eas. Et cum corporee virtutes finite sint vt diffinitum est octauo ethicorum et 12 medicine textus comenti [?] quarto, necesse est tandem hominem corrumpi. Caliditas namque post tempus consistendi minui incipit, tamen propter aerem nos circumdantem, dissoluentem et putrefacientem. Inde propter innatum calorem suis ipsius fomentum dissoluentem ad quid coadiuuant motus corporei et animales qui naturaliter sunt in vita, similiter et negatur defectus non potentis resolucioni resistere, quapropter notandum quod perfeccio et integritas, nostram perficiendi [Bl. 128^{r}] operacionem, est propter siccitatem, que nobis accidit. Deinde siccitas incessanter procedit, donec interimat. Nos enim a principio, ex quo creati sumus in vltima existimus humiditate, ideo necesarium est, ut calor noster ipsam superet, quia si non calor suffocaretur igitur calor continue procedit exiccando tandem ad siccitatis temperiem perveniet in etate, de qua supra dictum est. Deinde sequitur siccitas supra [suprema?] et non cessabit, donec humiditatibus resoluatur et quando plus humiditatis secundum augmentum procedit, calor in⟨n⟩atus secundum dimminucionem incedit, siccitas vero altero duorum modorum augmentatur aut propter defectum potencie recipiendi materiam aut propter caloris diminucionem. Augmentatur igitur caloris debilitas, propterea quod siccitas, in membrorum substancia dominatur et propter naturalis humiditatis diminucionem, que est sicut

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

materia et oleum flam⟨m⟩e lampadis vnde flama lampadis duas habet humiditates scil. aquam et oleaginem vna quorum flama esse habet et altera extinguitur. Similiter calor noster innatus duas habet humiditates, scil. naturalem per quam consistimus et alteram extraneam accidentalem que ex digerendi debilitate provenit. Et cum siccitas ad complementum acceßit, calor innatus ab extranea humiditate suffocatur et mors subsequitur naturalis, cuilibet individuo destinata secundum propriam complexionem, vnumquodque autem indiuiduum terminum habet prefixum, qui tamen in indiuiduis diuersificatur propter conplexionum diuersitatem et iste est terminus naturalis. Sed quis est qui ad hunc perveniet [Bl. 128^{v}] terminum, accedat et laudebimus eum.

Ad propositum in potencia medici non est, omnes homines sanare, quod si possent jam, non fuerit preuisor sed diuinis prophetis nobilior duceretur ut Ypocras primo pronosticorum testatur sed ad[!] duobus nocumentorum generibus securitatem prestare potest, vt princeps tercia primo capitulo singulari: vnum quidem genus est putrefaccionis penitus prohibicio, alterum est humiditatis radicalis, ne cito resoluatur, defensio. Et cum sit sic fideiis et prudens medicus humanum corpus ad debitum tempus secundum primam complexionam permanere facit et in esse custodit. Ego igitur Johanes Hartman arcium magistrandus et inter medicine doctores minimus, phisicus felicissime ciuitatis Lucernensis proposui in scriptum redigere preuisiuum regimen contra mortiferam ac horribilem pestem epidemialem seu pestilencialem, de qua proch dolor suspicatur, non quod ex proprio ingeniolo conscribam sed conscripta a diuersis doctoribus in Erffordensi studio precipue honorem et commodum reuelo, quorum ac fidelis ac minimus seruitorum fui. Diui⟨di⟩ssem enim hoc regimen in duo scil. in preuisiuum et curatiuum. Sed curatiuum fideli medico committo, de preuisiuo autem presens versatur intencio.

De causis in pestilencia concurrentibus.

In pestilencia quatuor concurrunt cause, scil. pacientis disposicio, agentis fortitudo, contactus et uera [Bl. 126^{r}] prima est pacientis dispositio, que est potissima pe. causa gente presupposito. Actus enim activorum non sunt nisi in pacienti bene disposito secundo de anima et Galienus primo de differencijs febrium: oportet enim medicum meminisse huius semper in hoc toto sermone quod nulla causarum sine pacientis aptitudine apta nata est agere et princeps quarto Canonis fen prima de febre pestilenciali, agens inquid solum cum provenit pacienti et non est preparacio, non provenit accio nec passio et reuera corpora apta et huiusmodi impressionem recipiencia sunt corpora plurimo coytu vtencia

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

et similiter corpora latos habentia poros et corpora debilia ut volt princeps allegato loco, hoc est corpora quorum superfluitates non consumuntur, Rases igitur coniunctis secunda causa est fortitudo agentis et hec sumitur duplici via, vna quia agens nobis ut passio immediate approximatur et est aer per aliquam manifestam qualitatem infectus, que continuo per anhelitum attrahitur et cordis claustra ingreditur, secunda via sumitur quia aliquando in pestilenti homine inest mala proprietas aeri corruptiua est humane nec non per qualitatem manifestam sed per occultam. Aer enim talis agit in corporibus dispositis et non dispositis quando disposita secundus [?] disponendo et deinde corruptionem inducendo vt Galienus primo interiorum. Tercia causa est contactus cuius cause veritas potest sumi ex secunda. Quarta causa est mora, nam aer nobis continue approximatur et continue est aliquid derelinquens ex sui proprietate corpori humano, ex quo infero corolarie quod tam corpora disposita quam indisposita debent se ab aere infecto remouere quantum possibile est et a locis fetentibus lacunalibus et latrinalibus [?] et domibus non euentalibus [!] in quibus aer putridus intercluditur. Deinde de VI rebus non naturalibus loquendum est in quibus permaxime regimen consistit preuisiuum. Sunt autem sex res non naturales [Bl. 126^{v}] scil. aer, cibus . . . accidencia anime. Et primo.

De aere.

Convenit vnicuique homini eligere sibi aerem purum, clarum et malis vaporibus non infectum . vitandum . . . vetores [!] . . . latrinarum, macellorum et loca in quo pisces venduntur similiter loca arctorum vicorum in quibus aer putridus intercluditur neque euentacio debite fieri potest vnde . . . fetores spiritum cordis corrumpunt . . . Item uitandus est aer ecclesiarum et stubarum, in quibus plures . . . homines . . . per suos anhelitus dispositos inficiunt . . . fenestre ecclesiarum omnes apperiantur et similiter stubarum in quibus conmessaciones fiunt, ut debita euentacio . . . fiat . . . Ytem mortuorum cadauera profunde satis in terram humari debent, ne putridus sapor per solares radios extractus . . . inficiat. Sint similiter . . . a mundi sterquilinijs et aliis immundicijs, Ytem vitanda loca infusa . . . in quib. lutum uel canapus putrescit . . . eligantur domus uel camere quarum fenestre respiciunt orientem uel septentrionem et mane aperiantur ut . . . euentetur, deinde cum ortus est sol ad duas uel tres horas claudentur [Bl. 127^{r}] iterum sit quod per totam illam diem domus uel camera sit pauci luminis . . . rectificari de mane, meridie et vespere . . . temp. estiuo ponantur frigida odorifera ut camphora . . . inroretur domus aqua frigida . . . sternentur frondes salicum . . . Teneatur similiter pannus lineus mundus frequenter in manu in aceto madefactus ad nares,

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

preseruat . . . Tempore vero hyemis inponat ambram . . . si pauper . . . lingna juniperi . . . diuites . . . pomum ambre, pauperes rutam . . . aere nebuloso fenestre . . . claudentur . . . aer nos tantum uel plus inmutat quam omnes alie res non naturales . . . . . fugere aerem pestilentem et transferre se ad aerem purum bonum . . . securitas est magna, quoniam melius est venenum non sumere quam sumptum euomere, etiam quia pestis non insequitur fugientem dummodo tamen non sit infectus. Sed quia non omnes effugere possumus restificemus [Bl. 127^{v}] igitur aerem . . .

De pane.

Panis alme ciuitatis Thuricensis [!] pro maxima parte corrigendus non, dummodo sit de frumento laudabili . . . acimus vitetur similiter muscelle et tortelle . . . ad minus vnius diei et maxime trium . . . apponeret anisum melius esset.

De aqua et vino.

Vinum sit album, clarum, odoriferum . . . pocius sit antiquum quam nouum . . . limphetur vinum aqua pura clara quemadmodum per medium ciuitatis Lucernensis aqua clarissima pertransit, uel corrigatur aqua buliendo et coquendo eam usque ad quartam partem . . . per diem et noctem in frigore quieuerit recipiatur et plus limphetur vinum in estate quam in hyeme. Item potus debet proporcionari alio . . . eligatur aqua currens super loco mundo lapidoso . . . .

De Carnibus.

Carnes quibus untendum, sunt . . . mutonum, vitelline que sint ad minus duorum mensium . . . iuuenes bouine vnius anni uel vnius ad dimidium in montibus nutriti . . . edina et bene considerandum est a venerabilibus potentibus alme ciuitatis Lucernensis, [Bl. 128^{r}] ne huiusmodi animalia sint nutrita in loco infecto et putrido que aliquando cicius moriuntur et aliquando diucius infirmantur, quia huiusmodi animalia nutriuntur ex graminibus et herbis infectis et fructibus arborum et ex quo homines qui huiusmodi vesciuntur carnibus inficiuntur . . . . (Avicenna) . . . laudabiles pulli . . . perdices . . . porcine sunt vitande . . . auricule, rostrum et pedes possunt comedi . . . cum aceto uel gelatina . . . intestina omnium anim. dimittantur . . . grues et ciconie bone . . . valent asse quam elixe . . . vitantur . . . bouine grosse et salse, caprine, ceruine, aucarum, anetarum, omnium auium in aquis degencium . . . Comedantur etiam brodia carnium laudabilium cum speciebus aromaticis . . .

De piscibus.

Pisces omnes licet uitare debeant hoc tempore, tamen propter dies ieiunabiles et hominum Luczernensium voluptates oportet

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

eorum regimen ponere. Sumantur ... squamosi ... per loca petrosa ... uel pisces [Bl. 128v] de laucu[!] Luczernensi qui satis dilectabilis est ... buliantur cum vino, aqua et aceto ... si assentur comedantur ... cum aceto et speciebus ... vitentur ... non squamosi ut anguille, tente, capitones ..., nunquam carnes debant suffocari hoc est in lineo, panno uel manutergio circumvolui .....

De aceto.

... doctores ipso vti suadent pestifero tempore ... plerisque ... vsus acetosorum ... et stipticorum non convenit vt sunt calculosi ... et strictum pectus habentes et frigid. stomachum ... moderate sumere ... et in aceto aliquid cynamomi, anisi et croci ... melius erit.

De oleribus.

Tempore hyemis convenit decoctio petrosilij ... vsu enim Luczernensium est ut frequenter vti spinachia et blita et miscere boraginem et bonum est tempore hiemis sed temperate ... aceto uel agresta ... vitentur caules et [Bl. 129r] si coquantur, abiciantur et brodium capiatur.

De pulmentarijs.

Pulmentaria possunt esse de milio, ordeo, riso, auenata sim. de lentibus prima aqua abiecta ... Similiter vti brodio cicerum rubeorum cum radicibus fen⟨iculi⟩ uel petroselino ... brodium pinguis galline ...

De allio et cepa.

... assueti ... comedant sed moderate; inconsuetis ... non consulo. Cepas autem sumere in parua quantitate in mane cum aceto non est inconueniens ... Item porrum cum melle et sale ... convenit quia pectus mundificat.

De Caseo et lacte.

Lacticinia vitanda sunt quantum possibile ... qui vti voluerit ... sit recens, nouiter mulsum et leniter coctum. Serum ... lactis uel caprini uel vaccini loco medicine sumi potest de mane, bene purgatum a caseo et butiro ... tempore estiuo ... est exstinctiuum colere, quam non permittit furere et precipue caprinum ... in montibus sint nutriti ... Gal. .. lib. de eu-chymia de caseo ... [Bl. 129v] ... Auicenna ... comedatur tamen modicum in fine prandii ... vetus ... derelinquendus est penitus.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

De ouis comedendis.

Caliditas ouorum corrigitur cum in aquam bulientem proiiciuntur et taliter buliant, ut non dura fiant et tremant, tamen ad scissoria ponantur, qua propter oua tremencia nuncupantur. Vocantur eciam a calefaribus (?) oua perdita, quia in aquis aliqua eorum pars amittitur. Cum aceto uel agresta comedi debent et modico et aniso temp. hyemali . . . ova igitur taliter cocta pauce sunt substancie et magni nutrimenti. Oua autem dura . . . vitantur . . . sunt . . . magne substancie et pauci nutrimenti

De fructibus.

Omnes fructus generaliter vitandi sunt tempore pestilencie . . . posset ante prandium . . . genus cerusorum [!] hiemalium uel pruna nondum matura . . . eciam . . . fructus stiptici inpauca quantitate ut . . . mala granata coctina, nespula, pira sicca, castanee, nuces . . . asse interiori cortice auulso . . . post prandium . . . loco autem fructuum dabo vnum singulare remedium contra omne venenum . . . xxx folia rute et duas [Bl. 130r] ficus siccas et vnam nucem . . . ante prandium . . . preseruant sumentem ab intoxicacione . . .

De berberibus et agresta.

Vinum berberis uel succus eius et agresta corrigunt carnes . . . . reprimunt coleram et . . . valent tempore magni estus . . . Cauendum est a replecione cibi et potus scil. usque ad saturitatem, ymo minorandi sunt cibi et potus . . . quilibet vno bono ferculo contentus . . . omni die beneficium ventris . . . cum suppositoriis . . . clysterijs . . . pillulis postea describendis . . . teneantur vie aperte vrinales . . . optime . . . vinum thuricense . . . maxime diureticum . . . vltimus actus mense non sit potacio sed sit buccella panis . . . ne vinum supernatat . . . non iteratur cibum nisi postquam primus digestus . . . [Bl. 130v] . . .

De flebothomia et farmacia

. . . . . flebothomia vniuersalis euacuacio . . . de duobus mensibus in duos mensens [!] . . . quinque uel sex vnciarum . . . emoroydarum uel narium fluxum . . . excusaretur ab ea . . . copiose menstruans . . . usus farmacie nisi necessitate cogente non est commendabilis . . . fidelis ac solertis medici consilium . . . quoniam plures sanguinem extrahunt et mortem uel alias egritudines . . . incurrunt palatiue.

De sompno et vigilia.

Diurnus sompnus . . . malus . . . precipue inmediate post cibum . . . [Bl. 131r] . . . post cenam . . . per tres horas . . . asuetus . . . palatiue aliquid de sompno de die in diem absti-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

neatis . . . primo . . . ad latus dextrum . . . adventrem declinaret optimum . . . resupine . . . dormire pessimum . . .

De motu et quiete.

. . . cauendum a motu nimio . . . assueti uero non nisi mane . . . se excreant ne per immoderatum laborem . . . nimium de aere atrahet . . . laudabilior . . . quies quam motus . . . vitande sunt coree . . . motus inordinatissimus . . . cito hominem in perniciem deducit . . . venatores . . . steterunt in campis sine contagione existentes tamen in sano claro et non infecto aere vtantur [Bl. 131v] exercicio copioso et labore, quod plus laudatur quam quies.

De coytu et balnio.

A coytu abstinendum est nimio . . . nullus . . . vxorem ducat . . . Balneum aque dulcis vitandum . . . similiter balnea stubarum . . . tamen lavare pedes semel uel bis in septimana . . . .

De accidentibus anime.

Ab omni ira, timore et sollicitudine precauendum . . . sed letare atque gaudere . . . cantilenis . . . aut in ludo scaccarum . . .

De aliquabus medicinalibus que ad actum pertinent preuisiuum.

. . . nobilissimum medicamen . . . preseruatiuum sunt pilule . . . a Rasi 4^0 Allmansoris . . . auctoritate Rufi et Pauli . . . . R. aloe partes ij mirre croci origentalis ana part. j . . . [Bl. 132r] tres uel ij de terno in ternum aut de quarto in 4 . . . . . qui sunt a 14 anno supra sumant dosim predictam . . . qui sunt a 14 anno infra usque ad 7 sumant dosim mediam . . . a septimo anno infra non debent sumere per os sed eorum pectora et stomachus et epar et nares et timpora debent inungi et hoc sufficit pro eis. Mulieres autem que magis sunt humide amplior quantitas dari potest. Sed similiter et viris humidis natura et sic est finis. Et sic finitum est regimen preuisiuum a pestilencia in honorem et laudem omnipotentis dei.

Auch dies Peststück eines Luzerner Stadarztes ist nicht ohne Interesse; originell immerhin ist es schon, daß er von der Darstellung der Pestkur absieht und sich auf das Prophylaktische beschränkt. Auf seinen Wohnort Luzern exemplifiziert er des öfteren; auch Zürich ist zweimal genannt, ohne daß man bestimmt annehmen müßte, daß es sich um ein Verschreiben handele; bestimmt aber scheint der Mann in Erfurt seine Studien gemacht zu haben (Zeile 95).

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

184. **Regimen preseruatiuum contra pestilenciam presentem per Magistrum Heidenricum.**

Ich füge einen Pestratschlag hier an, ohne ihn mit Bestimmtheit von vornherein der Schweiz zuweisen zu können. Das Stück steht in der gleichen Handschrift wie das vom Luzerner Stadtarzt HARTMANN, kurz vorher Bl. 111r—113v. Der Verfasser beruft sich auf die Lehre der Professoren von Montpellier im Eingang, was ja nicht unbedingt gegen einen Schweizer Verfasser spräche; denn viele aus der Eidgenossenschaft haben dort studiert. HEIDENRICUS (HEIDENREICH, HEINRICH) dürfte aber ein Deutscher gewesen sein. Das beweist nicht nur der Name, sondern das Oberdeutsche *die frûwenader* Zeile 64. Das mehrmals vorkommende „bossa" für Beule läßt sich aus dem Provençalischen erklären, aber auch aus Italienischem und Mittellatein.

Regimen preseruatiuum contra pestilenciam presentem secundum concordanciam doctorum medicine Montis Pessulani collectum et elaboratum per magistrum Heidenricum pro utilitate vniuersali, juxta quod est notandum, primo quod corpora que cito mutantur ab epidimia sunt corpora plena malis humoribus, ut plerumque sunt corpora calida et humida quorum superfluitas non consumitur ut oportet, sicut sunt viuentes in ocio et quiete ac vtentes superfluo potu, comestione, coitu et balneo, et omnia ista moderate conferunt in regimine preseruat⟨iv⟩o sanitatem. Quapropter in omnio loco epidimiali convenit sepius purgare corpus per medicinam infraschri⟨p⟩tam et ad minus bis in septimana, prout recepta tenent. Hic nota ℞ sandali, muscatelli, radicum raffani, radicis jrijs ana ʒ j, foliorum rute, fol. herbe perforate, fol. pullegii ana ʒ semis et con j, aloe epatice ʒ ij, boli armeniaci, mirre, croci ana ʒ j corall. rub., ossis de corde cerui ana con j, margaritarum perforatarum et non perforatarum, ligni aloes ana grana vij, fiat puluis subtilis, de quo sumendum est intercallatis diebus uel ad minus in septimana bis prout dictum ad quantitatem vnius parue castanie de mane jeiuno stomacho uel circiter idem circa ortum solis modicum an⟨te⟩ uel post cum modico vino calido. Et rapto medicamine constituantur persone congrue si fieri poterit prope ignem clarum et sic calefiant per anteriorem et [Bl. 111v] posteriorem partem corporis et successiue eadem hora lineantur labia oris et gingiue et foramina narium intus et extra acceto forti, et consequenter tota facies lauetur eodem aceto et aqua rosacea mixtim. Item super omnia in quolibet coquinamento seu ferculo ponatur quantitas modica aceti. Item maxime convenit eodem tempore sepe flebothomare, vomitum prouocare et hoc vniuersaliter in omni forti temporum mutacione et regionum aquarum

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

seu terrarum aliena transmutacione. Item homines illo tempore vti debent exercicio temperato non excessiuo, nam exercicium excessiuum propter apercionem pororum reddit corpus habile ad recipiendum aerem epidimialem . preterea eodem tempore cauendum est a nausiatiua replecione et vniuersaliter a cibarijs humidis et calidis . actum [!] cibaria sint subtilis substancie et facilis digestionis verbi gracia, sicut sint carnes pulline, vituline, eduline, capreoline, perdicine ac omnia ista et alia hiis [es steht eigentlich „habens" da] consimilia decoquantur cum modica aceti quantitate sicut superius est enarratum, quia secundum doctores medicine et philosophos naturales corpora calida et humida parata sunt ad epidimiam, frigida et sicca vero minime. Idcirco in omni mensa vniuersaliter vti debemus acceto, vino berberis, vino malorum granatorum uel agresta. [Bl. 112r] Actum super omnia ista valent acetum, in modica quantitate sumptum. Pulmenta debent esse lentes, cucurbita, brodium boraginis, cicerum uel pisorum, amidum factum cum lacte amigdalarum uel pulmentum de pomis acetosis, auenatum, ordeatum cum lacte amigdalarum uel cum lacte acetoso et principaliter ouium uel caprarum. Omnia alia genera olerum et fructuum, in quantum est possibile, euitentur, preterea est sciendum, quod eodem tempore cibus est deminuendus ac tamen corpus sepius reficiendum sed moderate. Super omnia est sciendum quod paciens febrem pestilencialem omni via qua potest reficiatur. Si uoluerit recipere cibum, vi debet refocilari et flebothomare secundum modum infra scriptum et hoc si paciens fuerit in morbi principio: Nam si tumorem paciatur seu dolorem sub dextro asello id est sub dextro brachio, tunc fiat statim flebothomia ad magnam quantitatem fere usque ad sincopim de epatica seu saluatella eiusdem brachii et sic fiat eodem modo de brachio sinistro et de splenatica. Si autem bossa apperiuntur in inguinibus, id est circa loca genitalia, si non dextra parte fiat flebothomia de pede dextro sub talo interiori de vena que uocatur [Bl. 112v] sophena vulgariter dicendo *die frûwen ader.* Si in sinistra parte fiat eodem modo sicut hic. Si autem bossa aparuerit circa aures uel in capite fiat flebothomia de cephalica seu mediana parte eiusdem. Si autem pustula nigra aparuerit in quacumque parte corporis, fiat flebothomia de mediana eiusdem partis fere usque ad sincopim et postea vtatur paciens syrupis et electuarijs alteratiuis et confortatiuis infrascriptis et sic euadere poterit regulariter epidimiam domino concedente. Syrupus talis est ℞ succi boraginis, succi buglosse, succi melisse depuratorum ana ℥ ij, succi pomorum acetosorum, succi acetose depurate ana gran. j, aque rosarum electarum [?], aceti albi ana gran. semis, panis zuccari albi lib. j, fiat syrupus usque ad gran. 5 et detur cum decoccione florum nenufari circa ℥ j. Electuarium confortatiuum spirituum regnancium et sangwinis mundificancium conpetenti febre epidimiali est tale: ℞ conserue rosarum rubea-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

rum, si haberi poterit, si non tunc albe, conserue buglosse, conserue boraginis ana ℥ ij, nenufari ℥ semis, margaritarum perforatarum ʒ semis, jacintorum, saphirorum, smaragdorum, doronici romani ana ℈ semis; omnium sandalorum, coralli rubei [Bl. 113r], spodij, seminis acetose, seminis citri ℈ j, ossis de corde cerui infusi in aqua rosarum electa grana xv, boli armunaci ʒ ij pannorum auri et argenti ana numero ȝij, panis sucari albi lib. semis, puluerisentur subtiliter in vase marmoreo, miscantur omnia et fiat conditum delicatum sine igne et spargatur cum modica aqua rosarum electe et potest fieri quarta uel quinta pars istius recepti secundum libitum recipientis. Item sciendum quod omni septimana sumenda est ʒ semis tyriace electe, quando non sumitur puluis uel electuarium cum hausto boni vini calidi ieiuno stomacho et post hoc debet jeiunare homo ad VI horas complete, antequam comedat ante purgacione vniuersali precedente cum puluere supra dicto duabus uel tribus vicibus et sic tyriaca optima erit medicina preseruatiua, sed corpora disposita ad ethicam sibi caueant ab vsu medicinarum laxatiuarum et tyriace, secundum vtantur electuario et syrupo supradicto. Preterea notandum quod multus potus aque frigide in magna febre epidimiali caliditate pestilenciali vna vice sumpto extinguit caliditatem epidimialem et febrilem, si autem sit paucus et succesiue bibatur, addit in febre caliditatem, insuper scientes quod febrem pacientes epidimialem non sunt magne caliditatis ad extra, sed maxime estus et ardoris ad intra. Item debet vitari omnia calida et acuta tempore epidimiali sicut porrum, allium et sic de alijs [Bl. 113v] nisi modica quantitas sumatur ut allio cum aceto temperato et sic erit medicina sumenda interpollatis diebus et singular⟨e⟩ stomacho jeiuno. Preterea tempore epidimie reficitur in camera seu loco dormicionis et cum igne claro et cum suffumigio nigro mirre uel budellij, masticis, gariofilis uel aliquo istorum ac esset similem virtutem habencium sicut ligni aloes, sandali, tamarisci, juniperi, sauine et sic de alijs rebus que virtutem habent aromaticam et infrigidatiuam sicut sunt rose, sandali, nenuferi, salices et sic de rebus multis alijs similem habentibus virtutem. Preterea in domo habitacionis debet fieri fenestra et janue aperte in aspectu orientis post ortum solis, quia venti orientales sunt ṣaniores et minus epidimiales. Item tempore epidimiali siue mortalitatis nullus homo debet sustinere sitim uel tamem notabilem, sed ut superius dixi sepius in die debet reuocillari sed moderate, ne fiat replecio nasicitiua [?] que tunc. temporis multum esset nocitiua nisi vomitus in continenti subsequeretur et super omnia remedium valet fugere locum epidimialem et singulariter infirmorum visitacionem, et hec est cura preseruatiua securior et perfectior omnibus supradictis.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

188. Ein kurzes Regimen contra epidimiam secundum Avicennam et Rasim,

das sich in der gleichen Handschrift *Bl. 114r—115r* aufgezeichnet findet, sei hier noch mitgeteilt, obgleich es keinerlei sichere Spuren einer schweizer Herkunft zeigt. Gleiches gilt auch von der folgenden Nr. (189), mit der wir die Mitteilungen aus diesem Kodex kleinen Formats abbrechen. Zwei weitere Stücke, eines auf Montpellier sich berufend und eine kurze Fassung des berühmten Pariser Pesttraktats von 1348 werden im XVIII. Abschnitt mitgeteilt, der sich mit den Pestschriften aus Frankreich beschäftigt.

Regimen et dieta contra epidimiam secundum Auicennam quarto canonum fen prima tractatu quarto et secundum Rasim 4^0 Almansoris et decimo eiusdem. [Bl. 114r]

Notandum quod parui juuenes colerici Cortini balneantes et corpora habentes grossa inmundi debiles et porosi magis sunt dispositi ad pestilenciam. Odorentur igitur odorifera et eo cipresso, junipero, sauina, lauro, gallia, asuro [!] et consimilibus et ex hijs fiat sufumigacio frequens et similiter ex tamarisco et citonijs. Et qui superhabundant sanguine sanguinem faciat flebothomari et qui superhabundant aliis malis humoribus vtantur euacuacione. Item aspergatur habitacio cum aceto et aqua, vitetur coitus, exercicium, omne balneum, non tolleretur sitis et comedatur moderatum. Vtendum est aceto et omnibus acetosis in cibo-vtendum est interdum tyriaca jeiuno stomacho. Item multum valet bibere bolum armenum cum aceto et aqua uel cum vino et aqua rosacea. Item valet medicamen factum aloe, croco et mirra subscriptum, de quo omni die uel saltem alteratis diebus sumatur de eo infra vnam secundum disposicionem nature recipientis. De isto medicamine dicit Rasis auctoritate antiquorum quod non est visus aliquis mori qui visus [statt „vsus"] fuerit de isto medicamine in principio mortalitatis. Item valet bibere acetum et aquam, abluere de mane faciem et os cum aceto et aqua. Item vitentur bluuia [statt „pluvia"] et nebule, radij solares, venti et precipue aliquem habentem mala epata. Non bibatur vinum forte et si bibatur vinum, tunc sit clarum et bene mixtum cum aqua. Vitentur fructus dulces et crudi, sed poma granata [Bl. 114v] uel acetosa valent. Item fenestre in domo aperte versus orientem et septentrionem. Vitent curam et sollicitudinem, vitent eciam omnia nutrimenta calida, sicut piperata. Dormiendum est in locis frigidis. Pisces sint squamosi de aquis mundis curentibus et sint assati super carbonibus et conditi aceto. Preterea singulis diebus bibenda est mel; et omnia dulcia, omnia eciam pingwia salsa et acuta sint vitanda. Custodiatur caput a frigore de nocte et a sole. Die non est dormiendum post cibum nec est dormiendum in locis calidis. Vitetur ira et tristicia et fiat conuersacio cum

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

dilectis. Sed actu febricitantis nutriendi sunt lacte acetoso et piris assatis et comedere sunt cogendi et bibant aquam mixtam aceto et commidant lentes coctas cum aceto.

Pillule.

℞ aloes epatice ʒ iiij, mirre electe ʒ iij, croci ʒ j conficiantur cum vino et fiant pillule.

Notandum eciam quod apostemata rubea sunt minus mala cotrinis [!] et nigra sunt mortalia. Super apostema superponatur aqua tepida decoccionis camomillarum uel superponatur spongia predicta aqua uel superponatur eius [statt „eis"] semen lini decoctum in aqua. Item recipiatur atriplex, humulus siue luppulus, radix bismalue. Rp. gummi [Bl. 115r] pini siue terebinti et fiat emplastrum et eciam superponatur, valet eciam superponemus mel cum vino. Item valet eciam superponere bitumen piscium. Item valet superponere id quod adheret alucinibus [?] opii lupinas que sint mixta simul in aceto. Amen etc.

189. **Ein prophylaktisch-therapeutisches Stückchen** findet sich in der gleichen Pestsammlung in der eben besprochenen kleinen Handschrift Bl. 120v—121r; am Schlusse ist eine kurze Fassung des böhmischen „Missum imperatori" vom Jahr 1371 angefügt.

Item contra pestilenciam.

℞ aloe omni ʒ ij, mirre ʒ j, croci ℈ j, thuris ℈ j et semis, incorporentur cum succo ro⟨sarum?⟩ aqua decoccionis yreos et fiant pillule ad quantitatem aeris j [?].

Item contra apostema recipiatur in mane de bolo armenico ʒ j cum vino mixtum et de vespere recipiatur de semine lumbricorum ʒ j mixtum cum vino.

Item fiat tale electuarium ℞ ficuum pinguium numero xx incidentur, de exteriori pelle et pistentur optime, conserue rosarum ℥ j, pulueris terre sigillate, rute ana ʒ j, camphore ʒ semis fiat electuarium per talem modum: dissoluantur ficus cum aqua rosarum, ut possint decoqui cum zuccara lib. j et cum fere coctum sit zuccarum cum ficubus addantur conserue et misceantur bene post pulueres cum folijs auri puri sex, fundatur in pixide; preseruat ab omni contagiositate et extrinsecus de putrisacione.

[Bl. 121r] Trocisci aerem in domo rectificantes.

℞ storacis rubei, storacis calamite ana ℥ semis, laudani j, misceantur cum aqua feniculi uel saluie, fiant trocisce ad modum ciceris. Item pillule contra pestilenciam, Rp. aloe citrini ʒ ij, mirre ʒ j, croci ℈ j, thuris ℈ j et semis, incorporentur cum succo

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

uel aqua decoctionis yreos et fiant pillule ad quantitatem ciceris etc. Ad faciendum odorem contra pestelenciam ℔ pulueris sandalorum ℥ ij, camphore ʒ semis et duas partes aque rosarum et terciam partem aceti misceantur.

Nota.

(34) Domine generose, ex relatibus multorum heu percepi epidimiam in Almanea regnare, vestra gracie ut sepius pronosticaui eam venturam. Nunc vestre magnificencie conscripsi breue et compillaui de melioribus dictis Galieni, Auicene, Ypocratis grecorum medicorum. Primo domine gloriose si aliquod apostema se erexerit sub assellis, hoc est infra brachia statim flebothomia. . . . Secundo domine pre omnibus recedatis a locis pestilencie. Tercio domine interim quod epidimia regnat bis uel ter [Bl. 121ᵛ] in septima. . . . Septima si sentitis corpus grauatum sitis iocundus, mitis, affabilis, sollaciosus et nunquam grauiter ymaginabimini et deo supliciter de nocte de uita meliori rogate.

Also das viel beregte „Missum imperatori", vgl. zuletzt Bd. XIV, S. 155—157, das wäre also Nr. 34.

190 u. 191. **Ein deutsches und ein lateinisches Pest-Regimen aus Bern.**

Im ***Cod. 556*** der Berner Stadtbibliothek, geschrieben in der 2. Hälfte des 15. Jahrhunderts, steht auf Blatt 158ᵛ—159ᵛ folgender kleine deutsche Pestratschlag, der bei den Schweizer Pesttraktaten mitverzeichnet sei, wenn auch nichts direkt für Schweizer Herkunft spricht und die Erwähnung des Pulvers von Eßlingen nach Württemberg weist.

Incipit regimen pestilenciale.

¶ Hute dich vor dem loffte morgens vnd nachtes vor dem nebel vnd iß morgens vnd nachtes weckholteren bern vnd suße holcz vß eßige. Item gang nit nüchtern in die kirchen noch zu den luden dü habest vor etwas gessen des puluers vß der apteken aff eynem gebaden brode oder sus etwas vnd alles mit eßig was du ißist vnd wan dü nit me eßen wollest, so iß welscher nüße bern mit eßig. Item hute dich vor allem bade vnd sunderlich vor wasserbaden, vnd wan dü baden wollest, so bade do heyme mit sindeln[1]) vnd tugsteyn[2]) vnd guß an mit waßer, das da jnne gesotten sey Rute vnd weckolterbere vnd gang nach dem bade nit an keynen kalten lofft in drin stunden oder me vnd iß do nach des puluers von Esselingen oder anders, das dich kule. Item hute dich vor aller gemeynsamkeit der

[1]) sintersteine. [2]) tuffstein.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

lude, es sy in kirchen, in winhusern, zu denczen vnd anderßwo, do vil lute sin vnd hute dich vor der mynne, vor großbarheit vnd was hiczig machet. Vnd wan du zü den luden wilt gan, so iß rüte vnd weckoltern bern vnd müscoten glichvil, stoß vndereynander, dü in eyn duchel vnd hobe vor die nasen. Item die pillelin vß der apteken der soltü nemen des nachtes zwe oder drie vnd morgens iße des puluers eyn wenig aff eynen gebaden brode. Item ob dich der gebresten an stoßet, so hute dich vor slāffen. Dryakels [Bl. 159r] vnd halp als vil hundes zwecke vnd als vil der roden erden, die do haiß bolus armenus, das mische mit eßige vnd ribe dich vnd deck dich warm, ab du eyn halpstunde swyczest. Item laß also: Si es dir an dem halse so laß an dem selben arme, an dem haupt oder zü der rechten adern oder an dem andern arme, zu dem milcz oder zü der lebern. Ist es dir vnder dem arme, so laß off den fůßen zü beden kleyn zehen. Ist es dir an den beyn, so laß zü stunt eyn wenig an den fußen an der frawen adern eyn michelteil. Item nücze ie vber funff dage eyn wenig driakels vnd faste funff stunden do nach. Magest aber driakels nit eßen, So necze den münt vnd die naßelocher mit alle morgen oder ye wan dü zü den luden wollest gan. Item so dü gelaßen hast, so secze aff die bule eyn vintuse vnd schreffe sie wol vnd lege dann das plaster dar vber, so dü warmest erliden mast vnd laß dar vber ligen funff stunden vnd mach aber eyn nüwes dar vber vnd halt dich sus an allen dingen also an eyner heissen sucht vnd hutte dich vor win würczen vnd vor allen dingen das hicziget x dage vnd drinck apfeldranck vnd gersten waßer vnd waß du ißest da dün eßig zü. Item So mach das plaster: Nym salcz, wermüt, wirauch clyen glich vnd sude das plaster. ¶ Hastu blatern, so lege [Bl. 159v] rindermyst gesotten mit waß oder eßige dar vber. Wolstu aber die blatern oder die bulen nit vintusen, so lege dar aff menschen myst vndholder rinden mit eßige gesotten oder lebendig frusche oder dode kroden mit eßig gesoten. Item man sol keyn zwebeln oder knoblauch nit eßen, dan mit eßige vnd sol sich nit hungrig laßen werden noch dorstig, man sy gesunt oder siech.

Es schließt sich mit kurzem Abstand, gleichfalls recht sauber geschrieben ein etwas längerer lateinischer Pesttext an, der gleichfalls hier stehen mag.

Homo naturaliter animal ciuile et pollitycum teste philosopho primo ethycorum quod per naturam nobis insunt nos ad oppam assuesci non poscimus per Aris⟨totilem⟩ 2. ethycorum. Influencia tamen super celesticum nos regens primo metheorum preter variari. Cum igitur epidemia hoc diecius temporibus proch dolor huiusmodi influencia polliciam talem nititur alterare animoque eam desolare et amiciciam stabilitam disligare, sine qua nemo vitam potest adaptare capitulo [?] 29

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

ethycorum: aduertens ista non ideo imitate naturalibus prohibite quam sapiens dominabitur astris. Ne in eis tamen specialissimus periculum poterit imminere et ut non eorum pollicia dissoluatur secundum fraterna amicicia confirmetur quedam doctorum expertissima et multa medicorum secretissima inter ceteros mei amicorum meo amico Brünoni in Franckfforto preelectissimo propono compendiose compilare et ab huiusmodi pestilencia valeat preseruari.

Causas pestilencie pre omnibus volo enarrare, vnde secundum Constantinum in secunda pantegni et Auicennam in quarto [Bl. 160r] pestilencia generatur ex aeris corrupcione qui diuersemodi potest corrumpere. Aliquando corrumpitur a radice inferiore, tamen sit alteratiua [?] et racio remote . a lecto vestro et camera debet esse huiusmodi locus nec postquam egestim ibitis non capiatis longam moram, quia aeris et ibi putrefactus et immundus et ille insperatus inviceret homines in corpore et putrefaceret et sic ad febrem produceret . aliquando eciam sic fit pestilencie ab alia re particulare corrumpente aerem in sui substancia et quantitates, ista est particularis, potest cottidie evenire. Quandoque venit a re inferiori multum magna et tunc est vniversalis vni provincie uel ville, sicut accidit ex cadaueribus mortuorum in bello interfectorum, putrefactorum uel ex corruptione stagnorum uel aquarum et consimilium . in illa eciam possunt frequenter accidere, sicut vide in Sardinia et in alijs locis corruptis. Aliquando venit pestilencia tanquam accio primitiva a re superiore solum quantum ad nostram apparicionem, quibus nobis non oportet aliquam serualem [?] aeris mutacio a radice superiori solum, quia fit ex aspectu orbis planetarum facientis ebulicionem combustionem putrefactam sanguis et colera putissime, ideo existentes in primis etatibus magis moriuntur, tamen est in maiori conuenienti particularium igitur 934 pothietatem secundo amphorismorum canone in morbis mynus perticlitatur egrotantes etc. ¶ Similiter vergentes in complexionem ad dominium illorum humorum; ab istis fumus venenosus horribilis pestiferus eleuatur ad cor per arterias et venas et alios anios meatus propter quam [Bl. 160v] effumacionem tales morbi sunt magis contagiosi [eig. contigiosi] seminis putredinalibus et quia cor sui nobilitate non potest tollerare talem horribilem effumacionem et non bene possimus sine magna sollerca et difficultate tali morbo succurrere propter ipsius cordis inpossibilitate . in preseruacione autem bene et faciliter possimus succurrere et in ista pestylencia cicius aliquando leduntur existentes in bono aere quam qui in malo, quia uidemus quandoque incarceratos nichil pati et habitantes iuxta stagna et habitantes in montibus moriebatur et in ista pestilencia quandoque homines moriuntur et alia animalia non, quandoque boues et equi uel pulli et alia auicilia non et sic in istis pre ceteris valet effugere locum bene longe tutum; aer

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

incipit indisponi etc. Quandoque venit pestilencia ab utraque radice, quod ab influenti celestes corrumpit aerem et vegitabilia manifeste et tunc humores et spiritus corrumpitur et sic fiunt quandoque febres sole quandoque apostemata antrosa et sequitur febris, quandoque econtrario et plurimum huiusmodi apostemata fiunt in emunctoriis membrorum principalium, quia materia venenosa magis invadit membra principali⟨a⟩ et ista tunc delegant suas superfluitates ad membra debilia. Sed diceret aliquis, quare moritur vnus et alius non, vel in ista villa uel in domo et alia non? Dico hoc esse ex parte agenti, nam influencia direccius respicit istum quam illum et istum locum quam illud, ideo summum remedium est effugere istum locum. Etiam est experte passiuum, vnus est magis dispositus alio et actus actorum sunt [Bl. 161r] in paciente disposicio secundo de anima et corpora magis disposita sunt corpora talia locorum pororum et corpora plectorica mala plectorica est et homines iracundi et vtentes nimis labore. Item quereres, quare est morbus contagiosus? dico quia a talibus corporibus effumant fumi venenosi corrumpentes aerem et humores. Et ideo est fugiendum ab istis infectis; ymmo tempore pestilencie non debet stare neque in ecclesia neque alibi in cummüla gencium, quia, potest esse, quod aliquis eorum est infectus ex quo alterius possetis infici; cum igitur sic fit primo de aere [statt „aeris"] disposicione studeamus.

Preseruari potestis ab aeris infecto [statt „infectione"] eligendo domum mundam. Camera sit mediocris altitudinis non inferior, quoniam talis nichil valet vobis; superior camera non decet habitari, melius enim possetis attingi ab influentia dicta. Tempore turbido nebuloso melius est stare infra domum quam extra, ymmo non est bonum per uillam sed in aliquo debetis ocupari infra domum, in qua sint pauci familiares. Item non debetis transire per terram post occasum solis nec surgere de lecto ante solis ortum, cum illis temporibus vapores male aere permixti magis sunt multiplicati. Et antequam surgetis de lecto fiat ignis in camera, qui multum inpedit inpensionem, et videmus quod magnos fricatus alia non attrahit partum et tamen homo put⟨r⟩ificat aerem et fiat ignis de lingnis fictis non fumantibus scilicet de vitibus, junipero, cypresso lante primo uel lignis amigdalis uel avellanis et similibus et specialiter de lignis aromaticis et flamma [Bl. 161v] consumpta et aere exsiccato recipe trociscos quarum recepta sequitur et ponantur tres uel quatuor super carbonibus dictorum lingnorum ignitorum, cum quibus aer camere aromaticetur. Rec. ligni aloes, ambre grosse mussisim ana ʒ semis j thuris, masticis, cossi, gariofoli, matteriarum [?] cynamomi, amigdalarum amararum ana solidum [?], filiarum lami, origani, calamenti, pulegii, ysopi, saluie, vtriusque sampnus, vtriusque sticados ana ʒ, nucis cypressi sampne radicis achori, radicis galie muscate, azari ana ʒ tunc ʒ ij, lapidani puti solidum [?] terebin. [?]

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

mellis ana solidum[?], fiant trocisci, quorum quilibet ponderis ʒ ij, qui seruentur vsui cum quilibet aer uel cibi in die aromaticetur uel bis scil. de mana et ante cenam . aere sic aromatizato sternatur camera cum summitatibus populi, salicis, mirti et similibus et parietes camere liniantur cum aqua rosata et aceto, et portare debetis die ac nocte ad odorandum spongiam infusam aceto et aqua rosarum caput honorata[?] quam mirabilium preseruat a putrefaccione cordis et super fronte. Item quantum potestis camera sit obstructa, principaliter versus meridiem. Item postquam surrexitis debetis lauare manus et faciem cum aceto, sic quod sint tres partes aque et vna aceti, et bonum est semper odorare acetosi. Sed pomum ambre non debetis odorare quia sui caliditate ducit magis ad cor aerem corrumptum et iuuat ad humorum ebullicionem licet appothecanus et medici ignoti et fatui faciant. Item de mane, cum wltis exire domum, uel de nocte in introitu lecti capiatis duo coclearia de vno linptico [wohl statt vino lymphato] [Bl. 162r] cum aqua rosarum cum modico de bolo armenico subtilissime puluerizato, nam iste potus secundum Rasem et Auicennam et alios auctores medicine est summus et ei non simile, insumat[?] cor et humores et preseruat ebullicionem humorum combustorum, potissime sy in colericis addatur parum aceti; quoniam acetum est tiriaca colericorum. Item valet talis potus, quia exsiccat et exsiccat[!] superfluitates vicinas cordi et epati. Item tercio quoniam claudit et constringit vias et meatus cordis et aliorum membrorum principalium ne talis fumoscitas horribilis ab humoribus malis eleuata ipsum cor et alia membra principalia attingat. Eciam vos bene potest addere, ut discunt doctores excellentissimi, quod talis potus valet in principio catharisum se et in catharrem seu fluxu antiquo a capite ad pectus et stomachum et alias partes descendit et dicunt, sy illo remedio aliqui preseruantur, non est spes de remedio, sed in catarro non debet poni acetum etc.

Postquam ergo exibitis domum, motus sit debilis non tantus quod anchelicus [statt anhelitus] ex labore magnificetur quam sic aerem corruptum magis diceretur[! statt duceretur] ad cor et licet motus calorem naturalem excitet et superfluitates consumunt, cum est causa dingis[?] aeris pestilencialis ad cor et ideo nocet et locus spacij fit mundus, in quo non attingant radij solis et lune, ne pori nimis aperiantur per istorum calorem. Post motum lentum debetis cibari vnde omnis cibus vester seruatus cum aliqua acetositate sicut cum agresta uel succis citrangulj uel limonum et cibus vester sit subtilis bone digestionis. Ideo caue [statt „carnes"] bouine, porcine, anserine uel annetine et huiusmodi non valent sed valent [Bl. 162v] sed pulli, perdices, quistule et coturnices et consimilia et cibus debet esse[?] sine quantitate minori quam in alijs temporibus, nam tali tempore nullus debet pati nec famem nec sytim, ideo in diebus longis inter prandeum et cenam capiatis bolum panis uel drage-

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

nam uel modicum deputo [de piro?] et pomo et bibatis super hoc modicum bonum vinum linphatum. Pisces omnia debent vitari deptis cauetis fundiclis et perficis, oua non multum nisi cum aceto omnia acutant cepe, alia porrum, muscatum, ficus, vue, nuces, dactili debent vitari, quia addunt intam conbustionis et putrefaccionis humorum et ideo in pauca quantitate et rarissime debent sumi. Saluamenta [!] debent vestra debent viri [! vti?] in potagia cum aceto et succo cytri et accensa et speciebus conuenientibus dimitendo zinziper, piper consimilia calida. Item omnes fructus debent vitari nisi acetosy ut cerusa aterra [acerba?], mala granata uel modica de piro uel pomo rubia non ita cibi et inter cetera mundi que in cibo firmuntur [statt „sumuntur"?] sunt accetis lumonum cytri, aqua acol., aqua buglosse, aqua mellis et lac amigdalarum eciam multum valet in preparacione aliorum ciborum sed lac animalium et tafomus [caseus?] et interitur. Sed herbe sequentes possunt sumi et alie dimittentur: Maiorana, saluia, lactuca cum aceto, scabiosa et acetosa, de qua dicit Arnoldus quod raro vidit qui sumeret vinum [vnum!] bolum acetose de mane et alium in vesperis, quod potetur in pestilencia vinum rubeum bene valet. De sompno, vnde de die non debetis dormire sed tamen sij non potestis abscindere, fiat tarde post comestionem, remota zona et calciamentis et capite alto et frigore tunc debetis maxime precauere. De inanicione et replecione vnde aliquando corpus quod dolet preseruare fleubotomatore [?] et hoc in qua [?] luna in modica quantitate [Bl. 163r] usque ad 3 uel ad 4 vncias, ut fortis virtus in eo posset resistere pestilencie nocumento et fiat ante plenilunium uel post tribus uel quatuor diebus et in aurora clara et ante solis ortum, sy tempus fuerit calidum. Sy uero expectabit horam primarum et communiter fiat vobis de epatica uel splenitica, eciam bona esset mediana, aliquando tamen valet sophena. Racio dicti est, quia talis ebullicïo sanguinis et calore inveneris [?] non potest melius preseruari nec exstingwi, tamen fleubotomia debet fierj, quod vos sentitis vos grauatum. Bonum tamen esset fleubotomatum [?] mutare aerem malum et transijt ad bonum, nam primum consilium contra pestilenciam est fugere, alia enim racione carencia dicit Auicenna quarto canone fen p. t 4 c⟨ap.⟩ secundo, solo naturali industria fugiunt oua propria dimittendo ad alium aerem se transencia. Sed ante fleubotomiam comedatis bolum panis intinctum in agresta vel pulmento clear [?] de grauis maligranati etc.

Item sic idem potest intelligi de ventris solucione circa quod autores [?] Rasis laudant tiriacam uel metridatum cum aqua acetose uel aque buglosse aministratum uel cum syrupo acetoso. Sed tiriaca se sola nichil valet, licet cor comfortat, ibi venenum venire non permittit, tamen quia multum iuuat ad humorum ebullicionem amisceretur, sicut dixi, in septambis [?] ad quantitatem fabe. Etiam laudant hoc medicamen de aloen quod

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

℞ aloen citocti [!] quater abluti in aqua et aceto et senus ctro [! statt crocus] origentalis, quia ortense non est cordiale, zimirre ℥ ij, fiant pillule de quibus sumatis j in convenientibus [?] et in estate cum succo caulium uel syrupo acetoso. In hieme cum vino odorifero q. s. [con. semis?]. Iste pillule de sero uel in crastinum ducent semel uel bis vltra solitum . nam sicut ossa expinatur [?] a sordido in principio ebullicionis, sic ille pillule expellunt sordidum, quod [Bl. 163^{v}] continue generatur circa membra principalia in tali aspectu orribili combustum et debent amministrari de nocte . mirabiliter Rasis ista recummedat [recommendat] et debent sumi de quarto in quartum, ita quod vna die capiantur pillule ille, post quorum operacionem sequenti die dabitur tiriacam. Omni autem die post assumpcionem istorum sumatur ℥ j pillularum sequentium Rec. boli armenici, camphore ana j, aceti uel alenci [?], aque rosarum ana con. [dragma?] semis [quantum satis?] fiant pilule, de quibus fiant septem in duobus ℥ 2 medietatem capiatis. Item lapis bezeraiatus [bezoar] secundum doctores valet contra omne venenum, in quo dicuntur esse medicine teriacales. Item vsus radicis tormentille, seminis citri et tiriace cum aqua acetosa inter omnia tenent principatum. Item non vtimini melle neque confeccionibus de melle, cum oppillat et sic ad febrem disponit. Item non vtimini coitu quia nimis peractus tale facit et iuuat etiam ad fortiter inspirando [statt inspirandum]. Item balnea omnino ex eodem euitari, de accidentibus anime vnde ira et nimium gaudium euitentur, nam cito [certo?] apparet eorum mala impressio etc. Quicunque voluerit se preseruare a pestilencia primo purget corpus per fleubotinam [!] uel per medicinam laxativam. Si corpus agrequatur [aggrauatur?] uel apostimetur in superioribus partibus, fiat fleubotomia in brachio de median⟨a⟩. Sy in visioribus [statt inferioribus] partibus fiat fleubotomia in pede de zaphena in eodem latere in quo dolet. Item sumat cibum et potum in parua quantitate et addat aliquibus cibarijs parum de aceto. Item abstineat at omnibus piscibus squamis carentibus et omnibus piscibus paludosis. Item abstineat ab omnibus crudis. Item in loco pestilentico de mane ante prandeum comedat bis uel ter nuces gallicas cum ruta in quantitate vnius nucis uel 2 ficus cum ruta et aliquando comedat gariofilos 5 uel septem uel [Bl. 164^{r}] gallangam. Item in quacunque parte fuerit apostema conterantur nuces 3 gallice et ponatur super apostema. Item in loco pestilentico aliquando sumantur 7 uel 9 pilule pestilenciales, quia multum iuuat. Item nullus sumat in domum suam vestimenta uel lectisternia hominis pestilencialis. Item tiriace bono [!] ieiuno sthomacho ad quantitatem vnius fabe bis uel ter in septimana multum valet in actuali pestilencea. Item obstruccio anhelitus multum valet. Item diu ieiunare non petit. Item cibaria ficta cum aceto debet sumi. Sciendum quod melior cura uel remedium est fuga de patria

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

vbi regnat pestilencia. Item aer nocturnalis maxime nocet. Sciendum est quod efficax remedium sumpcio tute tetentis contra omne venenum mortale in quantitate mediocri de mane ieiuno stomacho etc. Summa preseruacio febris pestylencialis ut non fiat superhabundancia crapule quia ex hoc tympora fiunt plactorica id est plena malis humoribus et per consequens morbus sequitur. Item quilibet fugiet aerem infectum et corpora mortuorum et sepulcra mortuorum. Aer infectus per ista plus invicitur nam raro in vna domo vnus solus moritur, ymo impletis quam plures et quandoque omnes. Optimum consilium est in hoc morbo ut quilibet fugiat anhelitum alterius nec illum capiat ne per illum inviciatur. Item remedium ficum cum ruta et auellanis; sy auillane non inveniantur sumatur pro eis galicana nux excorticata cortice inferiori in aqua calida et eisdem cottidie vti ieiuno stomacho. Sy pustule nigre alicui creuerint in quocunque loco corpus fuerit, apperiatur cum forfice pelliculam deponendo, ut humor venenosus exitum habere possit, emplastrando emplastro apostolico, quod in apothecis habetur, sepe [Bl. 164^{v}] de die et nocte emplastrum deponendo, ut humor exiat et emplastrum econtra superponendo. Et contra illam pestilenciam non aliud remedium faciendum per me inveni quam modo iam tacto de dei gracia et in quocunque homine pustule ille appariuntur, verissimum signum mortis nisi in continenti sine aliqua mora subveniatur ey modo prehibite. Mirabilis experiencia per me inventa et in multis hominibus experta, que nunquam me fefellit in aliqua persona, detur infecta pestilencia sy sit ab intra uel ab extra, dummodo plures pustule uel vna sola de mane ieiuno stomacho approbatam tiriacam in quantitate vnius bone fabe id est magne dissolutam vino calido. Sy obtinuerit eam sine nausea et desuper sudauerit et in sudore permanserit, quousque sudor per se recessit signum euasionis est et dei gracia curabitur nisi se ipsum ingreuerit [?] bibendo uel male se dietando. Sy autem tiriacam euomuerit signum est mortis et moritur nisi deus velit eum seruare. Auicenna dicit, quod habentes corpora plectorica id est plena humoribus, malis et corpora debilitata per coitum nimium hec nisi debilia et refeccionem capiunt et aerem et potum quare plus invicitur quam alij et iterum corpora humida et raro potesa[?] multo saluacionis[?]. Sy in principio infirmitatis gyppus id est apostema sit in inglome [„inguine"] et inferius sub zona formatus, fiat minucio eadem parte de vena que sophena dicitur que est sub cauille meritorum pedis. Sy hu mores senciantur descendentes, fiat minucio de eadem vena in vena opposite partis. Sy autem gyppus fit sub ascellis fiat minucio de epatica.

Die Schrift, leider in nicht allzu guter Verfassung durch fehlende Sachkunde des Abschreibers überliefert, kann ebensogut nach Italien gehören, wofür der Hinweis auf Sardinien spräche, wie nach der

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

Schweiz. Der Freund Bruno zu Frankfurt (Main?) macht deutsche Herkunft recht wahrscheinlich (Zeile 14). · Eine Besonderheit ist die Ablehnung der allgemein gebräuchlichen Ambra-Riechäpfel.

192. Die „Secreta Magistri Matthaei, physici Genevensis".

Im ***Cod. lat. 372*** der Münchener Staatsbibliothek findet man, auf Seite 10r—11r gegen Ende des 15. Jahrhunderts aufgezeichnet, „geheime" Pestbehandlungs-Notizen eines Genfer Physikus MATTHEUS („Gebenen" = Geneva, Genf), dem ich in LÉON GAUTIER, La Médecine à Genève, Genève 1906, nicht begegnet bin, der sich aber aus den Stadtrechnungsbüchern zu Genf wohl noch wird nachweisen lassen.

¶ Secreta Magistri Mathee phisici Gebenen.

De epidimia dico primo de medicinalibus [?] cuiuscunque etatis, homo sit in terra, vbi pestilencia fuerit per flebotomiam et quamlibet lunacionem [?] in modica quantitate ante uel post plenilunium secundum consilium experti medici, scientis discernere diem et horam et qualitatem paratarum [?]. Pueri enim non debent neque decrepiti nec pregnantes neque debiles, et fiat de basilica dextra uel sinistra uel epatica et aliquando mediana, quia talis ebulicio adustiua sanguinis et caloris in venis non possunt melius preseruari uel exstingwi quam per flebotomiam. Sed quando [?] flebotomiam comedatur bolus panis intinctus in agresta uel in suco malagranatarum uel de ipsis pomis prius edatur et in flebotomia habeat in ore galangam et alia confortancia. Item sumatur semel uel bis in ebdomada de teriaca probata ad quantitatem parue fabe cum vino albo uel aqua acetose uel aqua scabiose, que plus placent uel de puluere famato Rasis et Auicenne de quarto in quartum, qui est de aloe cicotrino, croco et mirra in ortu solis unum coclear paruum cum vino limphato et ducet in crastinum vltra solitum semel uel bis, qui sic fit: ℞ aloe cicotrine electe ʒ iiij, mirre ʒ ij, crocis ʒ j, enule campane ʒ semis, fiat puluis, et quamuis sit amarus et ebulicionem faciat in stomaco, tamen illa cessant statim et depurat membra principalia, et si propter amaritudinem accipi non potest, fiant ex eo pilule parue cicerales uel minores cum syrupo acetose uel ribes, et accipiantur omni ebdomada v uel vj de vespere in nebulis madefactis in vino. Iste puluis magis sumitur ad preseruandum quam ad laxandum, et pilule similiter, tamen valent ad vtrumque. Pregnantes tamen et dyarici non accipiant.

Quidam vero ponunt sic: ℞ boli ar⟨menici⟩ ʒ iij, mirre, masticis, terre sigillate ana ʒ j, croci orientalis ʒ semis, aloe cicotrini ʒ v, fiat pulvis vlt⟨imus?⟩.

Aliqui sic ordinantur pro magno secreto: ℞ coralli rubei, rasure eboris, ossis de corde cerui ana ʒ j, sandali, muscatelle,

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

camomille, folie rute sicce, boli ar., mirre. Item boli ar., radix formentille et tiriaca bona, optimum principatum in pestilencia contra venenum. Item multum valet introitu lecti uel in ortu solis capere j vel ij coclearia de vino albo limphatico cum aqua rosarum uel acetose, in qua ponitur parum de puluere boli ar⟨menici⟩. Iste enim puluis vltimatus est in prima causa propter plura, primo quia infrigidat aliqualiter cor et humorem et conbustionem, secundo quia aliqualiter exsiccat et consumit omnes superfluitates vicinas cordi et epati, tercio et forcius quia claudit et constringit vias et meatus cordis et aliorum membrorum principalium, ne talis ebulicio uel fumositas horibilis eleuetur ab humoribus secundum plus uel minus et tangat cor et alia membra principalia. Valet eciam [Bl. 10^{v}] ne humiditas uaporosa horribilis, continue decisa a corporibus humanis, cum anhelitu intret cor. Nam corpora nostra continue essungnant velud corpora yrcorum, maxime stante tali aspectu, combustio humorum in tali morbo pestilenciali et venenoso. propter illam causam laudatur potus ille ab antiquis magistris pre ceteris rebus.

Si autem ille morbus pestilencialis, si est fe⟨bris⟩sola et venter non sit laxus, prouocetur cum supositoriis uel clisteri uel cum cassia fistula, deinde fiat flebotomia de basilica sed in parua quantitate, quia in talibus est virtus debilis et materia multa mala. ¶ Dieta teneatur ut in febre acuta, quantum ad cibum et potum, trahens ad frigiditatem et humiditatem et acetositatem, et detur semper cum aliquo confortatiuo propter deperdicionem spirituum, aliter perderent appetitum. Nam nulli viriliter sic se habent, in comedendo euadant ut dicit Auicenna libro quarto. Ideoque nullus debet sustinere sitim uel famem et in potu semper debet admisceri aliquot acetosum sicut vinum malagranatorum uel aqua acetose. Caueatur omnino a forti medicina, quia talis propter viuum [?] fluxum ventris aliquando desicat vsque ad mortem. Sed possunt administrari cassia fistula, thamarindi parua, viole, rebarbarum cum clisteri. Si autem sit febris cum apostemate statim et subito quacunque hora fiat flebotomia de vena magis propinqua, quia materia non est diuertenda. Si vero dolor et apostema fuerit prope uel retro aures, fiat flebotomia de cefalica eiusdem brachij uel manus; nam venenosa materia magis inuadit cerebrum. Si autem fuerit sub asellis fiat de basilica eiusdem lateris uel de saluatilla, quia tunc materia invadit cor. Si est in ingwine uel retro uel prope anum fuerit, fiat flebotomia de vena eiusdem pedis in parte domestica, quia tunc materia magis invadit epar, uel potest eciam fyeri de parte siluetri. Item super locum apostematum non ponatur tiriaca, quia ipsa propellit venenum ante se et faceret venenum profundari, sicut declarat Arnoldus de Villa noua in caseo recenti intoxicato. Semper medicus habeat mentem ad conferendum et istud pro aliquo non omittat, sed

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms

epitimetur cor cum aqua acetose uel aqua rosarum uel scabiose uel mellisse, sand⟨ali⟩ ros. et modico aceti et omni die administretur tyriaca cum aqua acetose de mane, eciam si assit febris, quia quamuis tiriaca sit calida, tamen non multum calefacit propter conmixtionem aque acetose et ipsa operatur accio [?] proprietate contra venenum . prius detur istud electuarium: ℞ cassia, dyatraganti fri ana ʒ j et semis, conserue rosarum ℥ semis, conserue boraginis et buglosse ana ʒ ij, conserue corticis citri conditi ʒ iij, se⟨minis⟩ acetose, sandali al. et rubei, rasure eboris ana ℈ j, margaritarum, saphirorum ana ℈ semis, pannorum auri numero vij, zuccari albi q. s. fiat electuarium seu conditum cum aqua rosarum electarum; de hoc potest pars frequenter accipere in die cum aqua simplici uel [Bl. 11r] phisana uel acetose, sed pauperes accipiant zuccaram cum aqua frigida et cum modica aque rosarum. Apostemata talia nunquam debent repercuti et ideo nunquam ponatur super locum acetum nec plantago, sed aponantur attractiua ut est sanguisuga uel limacia viua uel culus galli viui super quod sinapizetur [?] sal tritum et teneatur gallus super apostema, donec moriatur, et tandem apponatur alius gallus uel scarifficatur super apostema in duobus uel tribus partibus. Sed apparet eminencia maior scarifficata superponaturque culus galli depillatus, ut attrahat fumos venenosos et materiam venenosam ad locum a corde et cum hoc confortat membrum, vnde nulla violencia in corpore est facienda, quia afflicto non est addenda afflicio. Ideo illud emplastrum superponatur ℞ ficuum siccarum piguium quatuor numero, vuarum passarum mundarum ab arillis ℥ semis, sal nitri ʒ iij, fermenti acris ʒ iij, olei camomille q. s. ad incorporandum; totum simul pistetur et modice calidum superponatur, vel sic ℞ fermentum et malaxa fortiter cum suco scabiose, si autem esset ignis persicus, in quo non apparet tumor magnus sed nigredo et conbustio et cito dilueretur, fiat tale emplastrum: ℞ malorum granatorum accetosorum, quamuis frangantur et cum aceto coquantur, inde bene terantur et totum contendatur super pannum et desuper applicetur a principio vsque ad finem apostematis et postquam apostema ruptum fuerit, ad manum cyrurgi curetur.

Trociscum contra pestem probatissimum ℞ bolum ar⟨menum⟩, terre sigillate, genciane, baccarum lauri, tormentille, enule campane, diptami ana ʒ ij, aristologie ro⟨tunde⟩, absintij, mirre, rute, costi, cimarum ru⟨bi⟩, castorei [?], juniperis ana ʒ ij, pulueriz entur et incorporentur cum tiriaca optima et fiat trociscus ponderis ʒ ij et cum necesse fuerit et hoc in principio ita vti ℞ j trociscum et pone ad potum et tere uel ministratur, post hoc bibat et ponat se ad lectum cooperiendo se bene et tunc valde sudescet et curatur ponendo eciam sibi ad pedem ferreum flastonem cum aqua calida.

This content downloaded from 193.197.86.225 on Sun, 19 Mar 2017 19:48:00 UTC
All use subject to http://about.jstor.org/terms